Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

3

a Perennio Pr(aefec)to, Comodo imperium invaderet. Miro quodam modo detectae sunt insidie. ¶ Capitolino Jovi Sacrum certamen Romani faciunt. Spectacula omnia in festivam Civitatem magna turba complentur. Hic imperator cum reliquis sacerdotibus: quos ex anniversario certus ordo vocat: spectator efficitur et athletarum. Ad hoc spectaculum venit: regia sella consedit: Pleno theatro ordinibusque pro dignitate completis. prius quam dici quid agi in scena coeptum ¶ Vir Philosophi personam ferens, baculum manu tenens: seminudusque pera dependente humeris. Scena in media stans, manu populo silentium indixit. ¶ Non ludorum nunc tempus inquit est Comode. Non spectacula: non festa nunc agenda. Perennii gladius nunc tuo Capiti imminet: Et nisi caveris, prius quam periculum propulsaris: carebis. Is nunc inter copias et pecuniam cogit. In Illyrico filii exercitum a te diiunctum, sibique conciliant. Nisi prospexeris, omnino cades. ¶ His dictis sive sub aliquo demone concepta fortuna: aususque suam gloriam efferre: incognitus hic primum et nullo signo nobilis: sine magno premia prodire

Insidie Alie in Comodum:

Capitolini Jovis certamen sacrum:

Nota: Astutia:

Personati verba.

Perennius.